

his  
c 7476



**ULB Düsseldorf**



+0966 095 01







PROGRAMMA  
DE  
PSEUDO-CRITICORUM  
PRIVILEGIIS.

QUO 1848

ADMODUM REVERENDA ATQUE  
ESTIMATISSIMA SYNODI ECCLE-  
SIÆ GALICIÆ MERITA.

ADQUE ARTYUM LIBERALIUM PATRONOS  
FACTORES & AMICOS OMNIUM ORDINUM  
CONDONATIONES.

AD ACTUM ORATORIO-PROMOTORIUM,  
IN REDEMATORUM TEMPLUM  
INTRA CONCENTUS MENSE  
AGERE CELEBRANDUM.

1848  
PUBLISSIME

ACTAT.

JOANNES BENEDECTUS ANDREÆ,

CA. 2. 1848

AD. 1848. 1848. 1848. 1848. 1848.

AD. 1848. 1848. 1848. 1848. 1848.

1848. 1848. 1848.  
1848. 1848. 1848.



PROGRAMMA  
DE  
PSEUDO-CRITICORUM  
PRIVILEGIIS.

QUO IPSO

ADMODUM REVERENDA ATQUE  
ÆSTUMATISSIMA SYNEDRII ECCLE-  
SIASTICI MEMBRA,

ALIOSQUE ARTIUM LIBERALIUM PATRONOS,  
FAUTORES & AMICOS OMNIUM ORDINUM.  
HONORATISSIMOS,

AD ACTUM ORATORIO-PROMOTORIUM,  
IN REFORMATOREM TEMPLE  
INTER CONCENTUS MUSICOS  
PUBLICÉ CELEBRANDUM

QUAM  
HUMANISSIME

INVITAT

JOANNES HENRICUS ANDREÆ,  
*S. M. C. & Gymn. Dusseldorp. Rector.*

---

A. D. III. Non. Octobr. An. CIJICCLVI. Hora 1. pomeridiana.

~~~~~  
DUSSELDORPII,  
EX OFFICINASTAHLIANA.

*J. Herz prod. Gubler in Mülheim am Rh.*



380/44/514545

§. I.

**S**plendidiſſimam hancce ſpartam mihi eapropter non ſumſi exornandam, ut omnia, ad ſplendorem ejus pertinentia, adumbrare, ne dicam, vivo colore quali depingere, depicta autem repræſentare adgrederer; alioquin enim præſens opella, eo ſi nomine uti liceat, in ingens profecto excreſceret volumen. Proinde non ſum régulas, ad *Artem Criticam*, genuina ſua bonaque nozione conſideratam, neceſſarias exhibiturus. Multas namque diſſertationes, multos libros, quin multa etiam volumina hujus materiæ plena eſſe, ecquis ignorat? (a)

## §. I I.

Paucos idcirco floſculos ex tam ampliſſimo deliciarum campo electurus decerpam, atque in honorem *Pſeudo-Criticorum* ſpargam. Quemadmodum nempe veteres Grammatici, ut ex eorum ſcriptis novimus, ſibi licentiam, frigida & incondita ſcriptorum loca taxandi culpandique, arrogarunt; ita antiquorum plurimi partem Grammaticæ fecerunt *Criticen*, ſcientiarum omnium difficillimam, prouti infra laudatus cl. *Vofſius* loquitur. Verum autem, ſi rem totam perpendamus ad rationem, alios eſſe Criticos, alios Grammaticos, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. (b)

## §. I I I.

Eſt itaque *Critica* nihil aliud, niſi *ſcientia, aliorum ſcripta exacte diſcernendi*, vel quod idem erit, *ſufficiente cum ratione dijudicandi*. Adeoque, ſicuti ad Criticam rite exercendam ſolida aliarum ſcientiarum cognitio requiritur; ita non antiquorum tantum, ſed recentiorum etiam ſcripta accuratiſſimo ponderanda eſſe judicio, nemo, ſana mente præditus, atque in Philoſophia rationali verſatus, inficias ibi. Alio licet *Euſtathius*, alio *Quintilianus*, alio denique alii hanc ſcientiam ſignificatu inſigniant, noſtræ

(a) præter alios vid. *Simonius* in Hiſt. Crit. N. T. *Guillielmus* quæſt. in Plaut. *Clericus* in *Arte Crit.* & *Saubertus* in *Proleg.* ad N. T.

(b) *Conf. G. J. Vofſius* in peculiari libro de *Philologia* Cap. VII. §. 9, p. m. 45. & Cap. IX §. 3. p. 49.

nostræ tamen periphrastica illa Doct. Clerici definitio proxime respondet: *Criticen*, inquietis, *vocamus artem intelligendorum veterum scriptorum, sive numeris adstricta, sive soluta oratione utentium, & dignoscendi, quænam eorum genuina scripta sint, quæ spuria; tum etiam, quæ sint ad regulas artis exacta, quæ vero secus.* Attamen summa nobis cura cavendum, ne, saltim cum de scientiis agatur, cæco impetu præcepta aliorum sequamur, priusquam ea Lydium ad lapidem examinaverimus, utrum videlicet a veritatis tramite recedant, an vero sanæ congruant rationi? Alias enim densissimæ interdum exoriuntur tenebræ, atque ita sæpenumero dulcissima, quæ tamen haud raro suavi Sirenum cantui simillima videntur, decipi cantilena possunt incautiores.

§. I V.

Inde meridiano sole clarius patet, verum *Criticum esse, qui aliorum scripta exacte discernendi, vel sufficiente cum ratione dijudicandi pollet scientia.* (c) Definitioni huic lux non exigua adfunditur ex antiquitatibus. Librarios scilicet non modo servos fuisse, sed plerumque etiam inlitteratos homines, ideoque libros ita exscripsisse, ut sensum crebro detorquerent, nec animum oculosque ad orthographiam adverterent, in confesso est. Hinc omnino necesse fuit, ejusmodi ut errores, a Librariis commissi, per viros eruditos, & quidem tam rerum, quam linguarum peritos, emendarentur vel expungerentur; qui fuere *Criticorum* nomine insigniti, quoniam codices Mss. perlegere, recensere, eorum observare mendas, nec non corrupta vel vitiosa, & supposititia vel spuria loca certis & solitis signis, quæ *notæ & ἀδείκνυσις* Criticorum adpellantur, notare solerent. Quæ ex consuetudine varii classici auctores illustrari queunt. (d)

§. V.

Ex hisce autem, (§§ 4. & 3.) breviter consideratis, sua sponte fuit notio *Pseudo-Criticæ*, quæ est *ignorantia aliorum scripta accurate dijudicandi*; adeoque *Pseudo-Criticus* dicitur, *qui aliorum scripta exacte discernere nequit.* Has definitiones, experientia magistra, probant ipsa *Pseudo-Criticorum* scripta, numeris obscuriora Platonicis, præjudicatisque opinionibus offerentissima. Scio quidem, *Pseudo-Criticos*, licet ingenti ignorantia mole quasi obruti sint, ejus tamen hostes videri velle infensissimos, atque hanc ob causam monumenta litterarum non solum dijudicare, sed lacerando etiam ac mutilando corrumpere. Propterea in istorum favorem talis *Pseudo-Criticæ* definitio formari posset: *Pseudo-Critica nimirum est superbiæ species, ignorantiam comitem habens, quæ in scriptis aliorum discernendis versatur.*

(c) Vocabulum κριτικός de sermone Dei adhibetur Hebr. IV. 12: proprie denotans *censores*, vel *præditum virtute discernendi & dijudicandi.* Recte ibidem redditur in Glōss. διακριτικός, &c. Dicitur autem sermo Dei ad discernenda consilia & cogitata hominum accommodatus. Hesychio κριτικός ἐνθυμήσεων est διακρίων λογισμῶς. Inde Vulg. *discretor cogitationum.*

(d) Vid. Neue Acerra Philol. I. St. XI, Nachr. S. 106. & 107.

n. 2. loquitur, inter se continentur, excolere potest? Nemo sane. Ecquis ipsorum veterum scripta sine Theologiæ, Philosophiæ, Historiæ, Antiquitatum aliarumque scientiarum cognitione intelliget, ita ut ea accurate discernere queat? Nullus profecto, nisi Pseudo-Criticæ cultor. Varia, hanc rem eximie illustrantia, variis in locis largietur *Seb. Jac. Jungendres*. (i) Cum itaque scioli ipsis destituti sint scientiis, non possunt non cum umbris pugnare, umbrasque montium videre, id est, in verbis ludere. Unicum ex milenis adducam exemplum. Apud *Suet. in Jul. Cæs.* Cap. XLV. §. 2. dicitur: *Comitiali quoque morbo bis inter res gerendas correptus est*; ubi in *Mf. Vossii*, in editione *Casauboni*, *Gronovii*, aliorumque legitur *agendas*. Verum autem, si consideremus, eamdem vim inesse utriusque verbo, tali si occasione adhibeatur, & naturam & notionem plane eandem esse atque communem, ita ut alterum verbum occupare alterius locum possit, nihil interest, quam eligamus lectionem, in primis cum nec euphonia nec sensus mutationem postulent. Interim tamen ejusmodi titivilitiis apprime delectantur Pseudo-Critici, ingentem auctorum probantium cumulum adgerentes, ex quibus, animum suum titillarum facillimum pascendi, ludibriumque suum stabiliendi gratia, repetunt argumenta. Illis autem suaserim, ut elimatissimam *Celeb. Witbofi* orationem de *immodico allegandi inter eruditos abusu* sibi familiarem reddant, præsertim quæ p. 10. & seqq. inveniuntur. (k) Hinc quoque sua sponte sequitur, ut maximam ætatis suæ partem in minutiis, hebeti suo plumboque stupidiori ingenio dignissimis, consumere soleant. Quocirca usque adeo evilescunt, ut passim ac propalam sint contemrui, & variis in scriptis censoria notentur virgula. Sic nuperrime suorum illos meritorum merito increpuit vir quidam sagacissimus. (l)

### §. XI.

Possent sexcenta alia Pseudo-Criticorum privilegia in medium producere, in primis eorum, qui scientias, captum suum superantes, suo ex ingenio judicare, easque ideo, quoniam earum rudes sunt, parvi putare, ac Sardoniis herbis amariore æstimare solent; sed

Deferet ante dies, & in alto Phœbus anhelos

Æquore tinget equos, quam consequar omnia dictis.

Manum igitur de tabula. Nam cetera, ne harum pagellarum limites excedam, recta atque involuta silentii velo relinquere cogor. Interea negari non potest, quin homunciones nonnulli, ventos reti captantes, paleamque pro tritico venditantes, in culpa sint, cur Philologicæ plerisque sordeant scientiæ? Nam Pseudo-Critici illi, inani fastu rumentes, licet ut plurimum ova ad ova adglutinent, ac de Turni oculorum disputent colore, attamen civitatem Philologicam tam parvo finiunt pomœrio, ut criticæ suæ hydropticæ (de sana autem, cui laudes damus suas, non loquor) sedem imperii adsignare

(i) In specimine Philol. de veterum Gentilium & Judæorum Theol. Mythica, A. 1728. in 4. divulgato.

(k) Prodiit hæc oratio Duisburgi ad Rhenum A. 1738. in 4.

(l) Vid. *der Westphäl. Beobachter* Th. 2. St. 61. S. 506.

nare audeant. Hinc absterrentur Musarum cultores; hinc cæci semina odii sparguntur; hinc Musis Philologicis medius ostenditur digitus.

§. X I I.

Ex antecedentibus præterea liquet, nobis si quid negotii cum falsis intercedat criticis, caute ac circumspecte agendum esse; quæ enim hominis eruditio, ea videtur hominis fides. Cum itaque Pseudo-Critici densissima caligine atque ingenti rem litterariam adficiant damno, vestrum est, *Ornatissimi Adolescentes*, ut sedulo vitetis, ac generosiori animo spernatis fortissimos illos Ajaces, a rastro ad rostra (sed sinistro omine) transcendentis, vacuumque plus nimio verticem inter astra ilico condentes. Vultisne aliquando a Pseudo-Criticorum cohorte vitrici manu recedere? eia agite, veritatem amplectimini, ratione utimini, ingeniumque ac iudicium excolite! Dura idcirco repetatis velim, difficilia suscipiatis, pertrupes, per ignes, divinas Musas prosequamini, vobiscum in animo diligenter cogitantes, quam nobilis res sit mens variis ornata disciplinis!

Antequam autem huic programmati coronidem impono, candidissimos ejus Lectores facere certiores decet, die nimirum, hora locoque supra dictis *Actum* nostrum *Oratorio-Premotorium*, veluti nuncupatur, sollempniter celebratum iri, ibique suas in *Arte oratoria* vires experturos esse dulcissimos disciplinæ nostræ alumnos. Adeoque ad eos audiendos, ut, quos & ipsi, & Schola nostra, *Patronos Fautoresque* habent, si per reliqua licebit negotia, convenire, atque ita Actui nostro decus addere splendoremque velint, ea, quæ decet, Attica fide & humanitate obsecramus. Ceterum in dies magis magisque placere æquis & benevolis laborum nostrorum arbitris studebimus, ita ut, quæ ad nostram pertinent palæstram, nec injucunda relatu, nec ingrata auditu, nec indigna cognitu, firmus umquam prolaturi.



SE-



# S E R I E S DICENTIUM ET DICENDORUM.

Actum ipsemet inchoabo, orationem de *Superstitione Litteraria* habiturus. Deinde cathedram, conscendent duo bonæ spei Juvenes:

M. KALMAN COHEN, Dusselopolitanus, qui in carmine heroico Latino *Dannum, quod odium & invidia orbi Litterato inferunt*, delineabit.

JOANNES LUDOVICUS BERG, Duisburgensis, sermone Latino profaico dicturus de *Monte Capitolino*.

Hicse peractis, per modum Dialogi metrici, & quidem lingua Germanica exarati, de *veræ amicitie raritate*, colloquentur Adoleſcentes bonæ indolis sequentes:

JOANNES DANIEL. JACOBUS TRIESCH, Dusseldorp'ensis.

LUDOVICUS SCHOELLER, Eschweilera-Juliacus,

JOANNES HERMANNUS ZANDERS,

THEODOR. ADRIAN. RITTMEIER,

JOANNES OTTO COCHIUS,

HENRICUS JACOBUS SCHOMBART,

MATTHÆUS TIMMERMANN,

JOANNES GEORGIUS JUNG,

JOAN. GOTTHARD. BACKHAUSEN,

THEODORUS EGIDIUS CREUDER,

JOANNES THEODORUS RIMAGEN,

JOAN. GABRIEL MAURENBRECHER,

JOAN. WILHELM. BACKHAUSEN,

WILHELM. HENRICUS TRIESCH.

JOANNES HERMAN. FRAMBACH,

& denique

JOANNES CONRADUS HANSTEIN, Kervico-Verdenſis.

} Dusselopolitani.

*Tandem Lycei Rector, promotione ab inferioribus ad superiores curias peracta, Ingenii Præstantiam laudabit carmine Latino, eoque pariter Honoratissimis Auditoribus pro jucundissima eorum præsentia integerrimas ager gratias; atque ita perorandi palestra claudetur.*





